S. Vir Clarissime   29 At

Literas tuas, unaque Poematum librum novum nudiustertius accepi;
et gratissima utraque habui non uno nomine; istorum quoque partem iam
Legi cum voluptate. Nimirum ut interdum negotiorum moles me premat;
subsecivas tamen horas nonnunquam succido, ut me mihi et melioribus studijs
adseram. Ut ceteris e lucubris argumentis mihi se probarunt tua Poemata:
neque leviter idem affecerunt, quod inter ceteros filij mei nomen celebrandum ire
tibi visum; patrem inquam mei: indicium ut aliquid de eo mihi sumam, non imme-
rabis, qui meminisse suum noti meo a te ac meditu metiri. Quid enim? Scripsisti
tua omnia dixerunt, et dicunt posthac quoque fides, aut eruunt, poeti nadies, dignu
pristo aevo. Quem et in felicitatibus sua parte minima haudquaquam posuerit
maximus noster Princeps, quod te Maecenatem nactus fuerit. Interim, fateor, non
simul et optari, ut Historiam, quam superiori anno inchoaveras, pertexuisses.
Praeter D. Heinsij moram scribimus, qui tantas res cum bono Deo gestas
uberius narrare, et ad decus cum Belgarum, tum optimi Principis gloriam
in Europa clarum lucem producere quamprimum vehementer desideramus. Nihil
his nunc addam amplius; nisi hoc unum denuo confirmatum volo, me amicitiae vera
et tam bene coeptae leges vicissim et sancte custoditurum, quamdiu in his terris ero;
neque praetermissurum unquam, si quid a me aut meis tibi utile aut gratum
proficisci queat. Interim in alicuius causa et gratia nomine novum, haud multis,
ut vere dicam, itidem facio: si pecco, dabis τῆς παρρησίας veniam. D. Arsen
nostra memoria patribus civi summi monumentum dudum dolet et iam pendet.
pro dignitate Inscriptionem ad morem veterem honori eiusdem ponere volet: neque
qui conspondeat alium magis idoneum, quam te, reperiri posse sibi. Petitque
ut pro nomine a te potissimum velit; simulque materiam suppeditabit. Scio istiusmodi
tibi, ubi in scribendis mentis videbis: et puto maiorem in modum, ut amico hoc
gratificari non gravaberis, quem sat scio non ingratum experieris. Salutem et a te
dixit ut salutem et officia tibi vicissim suo verbo prolixe nunciabat. Quod inter
cum uxore et filio isthac transierit, dolet; et festinationis causam si nosses,
probatum iri tibi confidit. Equidem perplacuissimum mihi habes in occasione,
quamprimum data fuerit, testatum ipsum celebritate et verbo, quanti
ducam tuam filio navatam, ceterisque officia eadem praestita facit. Et ut
non possit tempora nostra talia ipse, ut adversum contemptum et ingratitudinem
constantibus aliorum exemplis satisfecerit muniendi sit animi. Finio; cum voto,
ut Deus te Vir amicissime nobis diutissime sospitet. Leovardiae 25 Octob.
1630

Tui Studiosissimus

Joannes Saeckma

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
29At
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0349